



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. LXV. De Confraternitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

petere ad abundantem cautelam & dubitationis tollendæ causâ. Brunnem. ad l. un. C. de immun. nem. conc. superflua enim cautela non nocet l. fin. C. de prad. tamiac. Perez. Cod. ibid. n. 3. & hanc confirmationem princeps denegare non potest. Perez. C. de decurial. urb. Rom. n. 8. Confirmatione tamen non petitâ privilegia à successore possunt revocari vel suspendi. Perez. Cod. de immun. nem. conced. num. 5. hodie principes in inauguratione generaliter privilegia confirmare solent.

IV.

Quod non est, confirmari non potest. c. cum noster. 6. de concess. prab. l. sed etsi 7. ff. de precar. l. bonorum 24. ff. rem nat. hab. Alex. consil. 155. num. 2. vol. 6. incip. videretur. Gail. 2. obs. 1. n. 15. Confirmatio enim ejus, quod nullum est, nihil operatur. cap. inter dilectos 6. §. ceterum ubi. Caron. de fid. instr. nec quicquam operatur confirmatio circa id, quod ab initio est inutile. Dyn. in c. non firmatur. de R. I. in 6. Vult. inter Consil. Marpurg. consil. 15. n. 319. cum seq. vol. 1. Pro declaratione tamen hujus distingue cum Dyn. in reg. non firmatur. de R. I. num. 5. Inter factum, quod omnino à jure annullatur citra ulteriorem limitationem vel dispositionem, & tunc nullum non confirmatur, etiam si causa confirmans supervenerit, v. c. in institutione heredis, quæ ab initio est inutilis propter personam testantis: quia impubes, servus, filius, licet postea factus fuerit pubes, liber sui juris. Interque illud, quod quidem à lege declaratur nullum, nihilominus tamen superveniente causa confirmante, juris ipsius dispositione toleratur. Et hujusmodi omnino non potest dici nullum, sed aliquo respectu validum, veluti si accedat, quod jus admittit posse validare. v. c. sponsalia impuberum sunt nulla, quia deficit consensus, cap. 8. de sponsal. impub. junct. cap. unic. de sponsal. in 6. aliquo tamen respectu juris ordinatione valida sunt, cum teneantur expectare nobiles annos. d. c. 8. aliud exemplum vide in l. fin. Cod. si major fact. alien. nam. Honthem. 3. de art. Notar. cap. 16. n. 38.

V.

Confirmatio specialis plus roboris habet, quam generalis. cap. bone 3. de confirmat. util. gloss. in cap. quanquam 6. distinct. 23. Gail. 2. obs. 1. n. 5.

VI.

Confirmatio generalis non trahitur ad illicita vel ipso jure nulla. l. 32. §. 24. ff. de donat. inter vir. Dd. in cap. 1. de iurejurand. in 6. Batt. in l. 1. ff. de bis, qui sunt sui jur. Langenbeck. in annotat. LL. cap. 3. vers. quæ tamen.

VII.

Confirmatio semper debet intelligi salvo jure alterius. Jafon. in l. fin. n. 13. ff. de pact. Afflict. in cap. si quis investierit. n. 19. de feud. dat. in vic. Leg. Gail. 2. obs. 1. n. 14. hinc confirmatio debet fieri ex certâ scientiâ, prævia causæ cognitione, audito procuratore filii & iis quorum jus lædi posset. Nam & principi noxia confirmatio non valet. Perez. Codic. de curialibus urbis Romæ. num. 10.

IIX.

Confirmatio accessorium est confirmati, ut hoc sublato & illud intelligatur nullum esse. Vultej. inter Consil. Marpurg. consil. 16. n. 32. vol. 1. per l. cum principalis 178. de R. I.

IX.

Confirmatio actus etiam ex intervallo per ratihibitionem fieri potest, l. semper 60. ff. de R. I.

X.

Confirmatio Principis vitia contractuum supplet. l. 2. C. quand. decret. non est opus. Wesemb. in Parat. de reb. cor. qui n. 5. l. 38. de adopt.

CAP. LXIV. De Confirmatione Tutorum.

Quoties in tutelâ testamentaria occurrat defectus vel ratione personæ dantis vel accipientis, vel ratione modi dandi, toties opus est confirmatione.

Ratio: quod ita tollatur defectus, & voluntas ejus, qui Tutorem dare voluit, potius subsistat, quam corruat. Exempla habet Siruv. Jurisprud. Rom. Germ. forens. lib. 1. tit. 17. §. 5. seqq.

Declarat, ut aliud sit, si defectus sit in personâ tutoris dati, ut si foemina Tutrix data l. 26. pr. ff. de Testam. Tut. vel infans aut incertus. §. 27. In-stit. de Legat. talis enim defectus confirmatione non poterit suppleri.

CAP. LXV. De Confraternitate.

Axioma I.

Quicumque liberam de bonis suis disponendi licentiam habent, illi liberè pactum confraternitatis inire possunt.

Ratio: quia per talia pacta bona transferuntur in alium, ergo libera circa ea requiritur potestas. Illi igitur, qui ratione bonorum neminem recognoscunt superiorem, liberè hoc pactum ineunt, & sic quoad bona allodialia principes Imperii non tenentur petere confirmationem. Imperatoris. arg. §. 39. Capitulationis Leopold. verb. von dem Lehnthum keine Dependenz habender. tenentur tamen quoad bona feudalia; hæc enim non possunt sine consensu domini alienari.

II.

Quoties dispositio bonorum alicujus restricta, toties illius consensus adhibendus, per quem libertas restricta, i. e. in cuius præjudicium actus tenderet. arg. l. 39. ff. de adopt.

Ratio: quia hic suâ contradictione poterit actum impedire d. l. 39. ita ergo quoad principatus Germaniæ non valebit inter principes pactum confraternitatis, nisi confirmatum fuerit consensu Imperatoris & Electorum. §. wenn auch Lehn. 30. Capitulat. Leopold. Quoad Electoratus verò valebit solo consentiente Imperatore. Conf. Limn. in addit. ad L. 3. Jur. publ. cap. 7. num. 69.

M

CAP.